

firma permaneant nec ab aliquo successorum nostrorum episcopo et ecclesiae Misnensi super praemissis ulla suscitetur quaestio nocitura praesentem litteram desuper conscribi fecimus et eam sigilli nostri munimine roborari. Datum Lipzich anno domini M<sup>o</sup>. CC<sup>o</sup>. LXXXI<sup>o</sup>. VIII<sup>o</sup>. Kalendas Octobris<sup>23)</sup>.

Nach den in drei Exemplaren vorhandenen Origgg. im K. Haupt-Staatsarchiv zu Dresden; das an Fäden von grüner und rother Seide hängende Reitersiegel ist bei allen beschädigt, im Schilde nicht der Löwe, sondern der pfalzgräfliche Adler befindlich.

23) Datum — Octobris fehlt B.

No. 303. 1291.

*B. Withego verleiht dem Vicar Conrad gewisse von ihm erkaufte Getreidezehnten, welche derselbe der Domkirche zu übergeben beabsichtigt.*

Withego dei gratia Misnensis ecclesiae episcopus universis Christi fidelibus praesens scriptum intuentibus salutem in omnium salvatore. Quemadmodum tempus defluens est et defluit, sic cum tempore defluente temporales etiam defluunt actiones. Necessae est ergo, ut ea, quae ab hominibus aguntur, ne in oblivionem, quae mater est et materia erroris, aliquantulum deducantur, litterarum testimonio perhennentur. Nos igitur ad universorum notitiam tam praesentium, quam futurorum deducimus litteram per praesentem publice profitentes, quod cum vir discretus dominus Cûnradus dictus de domina nostra, ecclesiae nostrae Misnensis perpetuus vicarius, quandam decimam in villa Baytitz<sup>a)</sup>, videlicet duodecim scoccos sic distinctos, tres scoccos tritici, totidem siliginis et sex avenae, et in villa Torsewitz<sup>b)</sup> sedecim scoccos, videlicet octo siliginis et octo<sup>1)</sup> avenae a Cûnrado de Nydalkewitz rite et rationabiliter, iusto emptionis et venditionis interveniente titulo sua pecunia comparasset, idem Cûnradus de Nydalke-witz, quia dictam decimam a nobis in feodo tenebat, ipsam nobis voce libera resignavit. Nos itaque multa servitia dicti domini Cûnradi vicarii dignis memoriis recolentes, ac suis piis desideriis benigno et prompto concurrentes affectu pariter et assensu, de communi consensu et voluntate nostri capituli Misnensis praedictam decimam sibi contulimus pleno iure ac proprietatem eiusdem decimae dedimus ecclesiae nostrae Misnensi perpetuis temporibus possidendam, eo tamen adiecto, quod praedictus dominus Cûnradus plenam habeat et habere debeat facultatem in ipsa ecclesia de saepefata decima faciendi, ordinandi, statuendi, quicquid et quandocumque suae voluntati visum fuerit expedire. In cuius rei testimonium praesentem litteram scribi iussimus nostri et nostri capituli praedicti sigillorum appensionibus communitam. Datum et actum in Schylowe anno domini millesimo ducentesimo nonagesimo primo pontificatus nostri anno vicesimo quinto, praesentibus his testibus qui sequuntur, domino Syffrido decano Misnensi, domino Johanne praeposito Wurzinensi, domino Heidenrico cantore Misnensi, domino Theoderico praeposito Budisinensi, domino Cûnrado thesaurario Misnensi, domino Alberto de Luppe, domino Erkenberto de Starkenberch<sup>2)</sup>, domino Johanne praeposito in Hayn

1) octo scoccos B. C. 2) domino Alberto de Luppe, domino Erkenberto de Starkenberch fehlen in B. C.  
a) Poititz, Par. Neekanitz. b) Churschütz, ders. Par.?